

cum privilegium ire vel agere presumpserit et in toto vel ex parte, quod nequaquam fieri mandamus, infringere temptaverit, hoc quod ad laudem dei omnipotentis et ad stabilitatem eiusdem monasterii ac monachorum sustentationem ad nostrae mercedis augmentum divino tacti amore statuimus, noverit se excommunicandum et, nisi obediens fuerit, anathemate feriendum. Qui vero custos fuerit et observator, benedictionem et gratiam consequatur.

Scriptum per manus Ioannis notarii et regionarii sanctę Romanę ecclesię, in mense maio^a, indictione VII.^b

Data XII. kal. iulii per manus Stephani^c scriniarii^d sanctę sedis apostolicę anno deo propicio pontificatus domni Benedicti summi pontificis et universalis pape^e in sacratissima sede beati Petri et Pauli tercio, indictione VII.^b † Bene Vale^f †.

9.

Eugen III. nimmt das Kloster Helmarshausen in den päpstlichen Schutz.

Reims 1148 März 30.

Angeblisches Original im Archiv des Generalvikariats zu Paderborn (A). — C f. 1' (C). — Jaffé-L. 9209.

EUGENIUS episcopus servus servorum dei. Dilectis (dilectoribus verę fidei) bened[ictionem (a domino^g) et misericordiam a deo salutari^h suo). Sicut (dignum et iustum est, nos pro statu temporalium | et spe futurorum universitati fidelium apostolica auctoritate prospicere, sic etiam peramplius et perfectius est equum et salutare, votis humilium et precibus mansuetorum aures benignitatis nostrę accommodare). Eapropter (significamus tam presenti ecclesię quam generationi venturę, quod presidentibus nobis in generali Remensi concilio et quę ad pacem sunt ecclesiarum disponentibus abbatem venerabilem Helmuuardensisⁱ cenobii Cōnradum^k nomine ad nos reverenda cum devotione accessisse ac de statu iure seu libertate suę ecclesię pauca pro tempore nobis intimasse utque super his predecessorum nostrorum decretis privilegii nostri auctoritate subscriberemus, pia inopportunitate postulasse.^l Qua de re habita deliberatione^m tumⁿ sedis apostolicę conventi

^a) maio C. ^b) verlesen aus XII? ^c) Steffani C. ^d) scriuarii C.

^e) prope. ^f) statt Bene Valet. ^g) Loch im Pergament; ergänzt aus C, aus dem auch die übrigen Ergänzungen entnommen sind. ^h) salvatori C.

ⁱ) Helmwardeshusen C. ^k) Conradus C. ^l) Konstruktionsfehler. ^m) o über der Zeile nachgetragen. ⁿ) tunc C.